



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Clericorum Cvm Foeminis Cohabitatione, Licitane Ea
Sit An Non, Tractatvs Ethicvs**

Bossem, Matthias van

Dvaci, 1586

Prima conditio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45844

Prima conditio.

Adferat ergo ad sacrum istud studiorū genus animum ante omnia purum à sordibus peccatorum. Hæresis, ait d. Anselmus, non est in anima nisi subdita peccatis. Quia peccata cōmissa sunt causa, cur deus homines in hæreses aberrare permittat. Nimirum ut speculum nisi benē tersum & mundum oppositæ sibi faciei nō benē admittit imaginem speciemue: sic & mens humana, nisi omnia illi peccatorum accurate detersa fuerint inquinationa, cœlesti euangelicæ doctrinæ lumine, veraque illius intelligentia, benē radiari non potest. Peccatori dixit deus: *Psal. 49*
 Quare tu enarras iusticias meas, & assūmis testamentum meum per os tuum?
 Namque in malevolam animam nō int̄roibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Contrà: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbūt, olim quidem sicuti est facie ad faciem: interim verò in speculo & in ænigmate, quatenus à viatoribus per fidem in verbo suo, ac sacra in scriptura videri potest. Ideo namq; (ait apud Cassia. abbas Theodorus) tanta varietas, errorēsque intra diuinarum scri-

Basi. in.
psal. 45.
 Ansel. in
4. ca. ad
Ephes.
Cass. sp̄s.
ritual.
inst. l. 5.
c. 33. &
34.

Psal. 49

Sap. 1.

109 QVOMODO STVDENDVM

scripturarū tractatores exorti sunt, quòd
plerique minimè erga purgationem mē-
tis, adhibita diligentia, prosilientes ad in-
terpretandum eas, pro pinguedine vel
immunditia cordis sui diuersa atque cō-
traria vel fidei, vel sibimet sentientes, ve-
ritatis lumen cōprehēdere nequierint.

Secunda conditio.

Adferat secundo loco profundā quā-
dam humilitatem, per quam fiat, vt non
Exemplo nimium priuato atque fallaci innitatur,
s. Bernar. vel confidat sensui suo: sed cōmune sem-
in vita eius. *ls. 1.* per ecclesiæ catholicæ, & doctorum eius
c. 4. quorum iam olim publico consensu est
Ezech. constituta authoritas, auscultet sequatūr
33. que iudicium. Scilicet vt non humana a-
liquando voluntate allatum est euange-
lium, & reliqua scriptura sancta: sed
spiritu sancto inspirati, locuti sunt san-
cti dei homines, siue prophetæ, siue a-
postoli, siue euangelistæ: ita nec inter-
pretatio illiusmodi scripturæ, germana
quidem & vera, aliundè quām à spiritu
sancto haberi potest. Scitū est illud: Non
alterius, sed eiusdem est, & cōdere legem,
& legē interpretari. Spiritum porrò san-
ctum, certissimū est, esse in ecclesia, eāmq;
cum